



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 93. Hostis pedem referre a Vindocinense compulsus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI
A.C. 1523.

perabat, resitendo impar suos in aciem educere non audebat, jam contentus, ut urbibus discrimini magis expositis præsidia imponeret, ac de rerum statu Regem, qui tum Lugduni agebat, quantoctius certiozem redderet.

§. XCII.

Parisiensis urbs ob hostiles copias ad undecimum ab ea lapidem progressas ingenti terrore percussa.

Rex accepto nuncio anxii omnino curis agitabatur; quippe hostilis exercitus jam plures Picardiæ urbes armis subjecerat, quinimo ad Oesiam flumen undecimo ab urbe Parisiensi lapide distitum processerat, nec tamen inde Rex penitus animo fractus, copias, quot quot poterat, in Picardiam transmisit, illisque Vindocinensem Ducem præfecit.

§. XCIII.

Hostis pedem referre a Vindocinensi compulsus.

Angli atque Germani comperto Vindocinensis adventu haud ulterius progredi statuerunt, veriti, ne hujus Ducis ac Trimollii copiis circumfusi a tergo invaderentur, quocirca Mondiderio,

rio, ac Nigella excefferunt, & utraque ^{Sæcul. XVI.} urbe incendio deleta, in Arthesiæ Pro- ^{A.C. 1523.} vinciam sese receperunt; inde vero re-
duces Bunium occuparunt, urbique An-
glorum præsidium imposuerunt. Ast
paulopost hanc civitatem recuperabat
Trimollius, illiusque imperium Estreoo
Domino credidit, denique Flandris ad
sua remeantibus Angli exercitum suum
denuo in naves Caletum versus impo-
nebant, de expeditionis suæ progressu
parum contenti, eo quod fructus inde ex-
pectatione longe minores reportassent.

§. XCIV.

*Supremus Rhodiorum Magister cum
suis Equitibus profectus, ac
in Cretam delatus.*

Hoc anno Christi millesimo quingen-
tesimo vigesimo tertio die prima
Januarii Villerius Liladamus Magnus
Rhodiorum Magister cum residuo suo-
rum Equitum manipulo e portu Rho-
diensi solvit, ac Cretam versus conten-
dit, postquam ducenti viginti præterie-
re anni, ex quo Ordo S. Joannis Hie-
rosolymitani Rhodi Insulam possederat,
nunc vero inde abeuntem Liladamum
Princeps Amurates infelicis Zizimi
filius, qui Equitum sumptibus in hac In-
sula alebatur, lubenti animo secutus
fuiisset,

*Jac. Bourb.
relat. du Sie-
ge de Rhod-
p. 684.
Spond. ad
an. 1523. n. I.*